

DE PRIMO PRAECEPTO.

H. 3. Quid nos ad hanc virtutem debeat impellere, vimum:

1. Id, quod Deo praestemus inde gratum & acceptum opus, ut dicitur, Jerem 9. In hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me, &c. Hac enim placent mihi, ait Dominus. Filch.

2. Quod magnum inde consequamur premium, tum in vita:

Præsenti, idq; juxta:

Testimonium illud Christi generale, Matth. 6. Quærite primum regnum Dei & justitiam ejus, & cætera adjicientur vobis. &c. Fisch.

Exemplum Moysis, Salomonis & aliorum, qui studio & amore huius virtutis, indies creverunt in claritate Dei. &c. Id.

Future, ut dicitur Sap. 15. Nosse te, consummata justitia est, &c. & radix immortalitatis. Item, Iohan. 17. Hac est vita æterna ut agnoscant te, & quem misisti Iesum Christum. &c. Id.

I. 2. De Vitiis pugnantibus cum virtute Dei agnitione, quorum præcipue duo:

1. Epicureus Dei contemptus, qui nullam curam Religionis habet, sed planè negat, quod sit Deus, aliaq; post hanc vitam æterna & cælestis. Solet autem Deus graviter eum punire, juxta exemplum:

1. Pharaonis, dicentis ad Moysen & Aaronem: Quis est Dominus, ut audiam vocem eius? &c. Exo. 5. Verù postea sua pertinacia & impietatis, gravissimas dedit pœnas. &c.
2. Divitis, Luc. 16. Ille enim noluit audire Moysen & Prophetas, idcirco etiam anima eius est sepulta in inferno &c.

3. Luciani, qui fuit derisor & contemptor vere Religionis, sed postea dilaceratus est à canibus. &c. Wenc. Sturm. in prompt. Exemplorum.

4. Sardanapali, &c. qui se ipsum tandem igne combussit & conflagravit. &c. Ibid.

2. Idololatria, De qua membra 3:

1. Descriptio eius, quam latè extendat. Potest autem distinguere in classes 4:

1. Cum homines peculiaria sibi Idola faciunt, quæ Dei loco colunt & adorant, juxta exemplum 1. Aaronis. &c. Exod. 32. 2. Nebucadnezaris, statuam æream erigentis. &c. Mencil. 3. Ethnicorum, qui Solem, Lunam & Stellæ adorarunt. &c. Id. & Mathes. Hun. 4. Chaldeorum & Persarum, quorum Deus fuit ignis. Mencil. 5. Papistarum, qui includenter Sacramentum adorant illud, tanquam Deum vivum. &c. Id.

2. Cum quis ponit fiduciam suam in re, quæ non est Deus, ut Divites in divitiis. &c.

3. Quando homines instituunt cultus sine verbo ac mandato Dei, vel alligant Deum ad aliquam rem, ad quam semetipsum non alligavit Verbo suo, ut in Papatu fit, & ab omnibus prestigiatoribus diabolicis. &c. Id.

2. Vide liter. K.

B